UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

**Bartolus**

**Lugduni, 1567**

Quando mulier tute. off. fun.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

Hugo.ſcilicet,quod non poſſit eſſe tutor,perdēdo debitum.Domi. Richar.diſputauit iſtam queſtio.⁊ determinauit ſecūdum, quod videtur determinare iſta gl. videlicet, aut conſtat ab initio quod ſit debitor vel creditor,⁊ ipſo iure remouetur. Aut non conſtat,⁊ tunc admittitur ad tutelam, ſed perdit debitum. Et hoc probat ex corpore vnde ſumitur iſta authen.ibi,ſi vero tacuerit,⁊c.vbi dicit quod debitum perdit,⁊ nullam aliam penam imponit, ſed interpretatiōe legum pene ſunt molliende,vt l.ſi preſes.⁊ l.interpretatione.ff.de penis.ergo, ⁊c. Preterea in ipſo puncto quo tacet, perdit debitum,ergo tanquam non creditor poteſt eſſe tutor.Ita dicebat ipſe,ꝙ ſatis placet.Venio ad aliā gl. ¶ Quero, † quid ſi efficitur creditor vel debitor ex tutela? Dic vt i gl.⁊ bene. ¶ Que ro,quid ſi ab initio paratus eſt ſoluere,vel debitū remittere? Dic vt in gl.⁊ bene. ¶ Quero † quid ſi erat debitū annuum,[i] vel debitū ſub conditione? Dicit gl.ꝙ prohibetur a tutela vel cura, qꝛ ratio eadem eſt.ſ.timor,ne ſubtrahantur inſtrumēta,tamē in debito annuo nō amittit totū debitū,ſed pro eo tempore quo tutela durat. Quidam dicunt quod imo amittit pro toto tēpore,ſicut in debito conditionali. Mihi videtur dicendū ꝙ debitum annuū ſeu cōditionale eſtimatur,ſecundum ꝙ illa ſpes vendi poteſt,vt l.in quātitate.ſ.magna.ad l.Fal.Facit ad treb.l.j.ſ.ſi heres.Et ideo ſi eſtimatio illius debiti cōditionalis eſſet modica,non repelleret eū ab adminiſtratione,qꝛ in debito modico non habet locum iſta auth. ſecus ſi eſtimatio eſſet magna.Eodē modo intelligo de eo qui habet hypothecata bona minoris,vt debeant eſtimari quantū eſt de terior cōditio propter illā hypothecā,vt d.l.j.ſ.ſi heres.ad Treb. vt ſic videamus vtrum ſit quātitas magna vel parua. ¶ Quero, quid ſi poſt tutelam ſuſcipiat ceſſionem. Dic vt in gl.⁊ in corpore vnde ſumitur. ¶ Vltimo,[k] extra gl.quero vnam q.dicitur hic, qd quis prohibetur eſſe tutor,qꝛ debitor vel creditor. ¶ Quero † vtrū deueniat ad ſequentem legitimū,vel ad datiuum? Nō inſiſto. Breuiter credo ſic dicendum, Aut de debito non conſtat aperte, ⁊ ſic iſte habuit neceſſe in iudicio debitum allegare, ⁊ tunc qꝛ in modico deſinit eſſe tutor,locus eſt ſequenti datiuo,vt l.ſi quis ſub conditione.de teſta.tut. Dixi in l.j.ſ.de teſt.tute. Aut erat debitū manifeſtū,puta cōmunio bonorum vel aliud debitum, tunc ſi quidē certum eſſet illud debitum nō finiri durante pupillari etate, vt puta qꝛ erat debitum annuum ⁊ perpetuum,⁊ deueniretur ad ſequētem legitimū, qꝛ iſtius primi ſpes omnino deficit,arg. de legi.tut. l.j.ſ.pen.⁊ l.non ſolum.ſ.ſi libertus. de excu. tut. ⁊ de tut. ⁊ ra.diſtra.l.ſi tutor.ſ.j. Si vero debitum illud poteſt diſſolui intra pupillarem etatem,⁊ tunc locus erit datiuo,⁊ debito diſſoluto ceſſabit ille datiuus,⁊ reaſſumet ille legitimus,arg.dictorum iurium ſ.proxime allegatorum.⁊ eſt expreſſum in l.his qui.de tuto.⁊ cur.da.ab his. ¶ Quero vtrum propter debitum patris,prohibeatur filius eſſe tutor,vel econuerſo. De hoc cogitabitis.[l]

ADDITIONES.

a P.PAVP. ¶ Minoris. Diſpoſitio huius auth.non habet locū in curatore qui datur hereditati iacenti ſecūdum Ro.ſing.cxxxij. per text.in l.debitor.ff.de neg. geſt. Item de materia huius auth. vide Bar.cōſ.clxviij. Item inquantum ſolet allegari gl.in iſta aut. ꝙ de ſtricta ſignificatiōe,⁊c.vide Alex.multa allegantē cōſi.xxiiij. in ij.vol.⁊ conſ.ccxl.in prin.⁊ in fi.vbi dicit ſolum procedere,vbi eſt eadem ratio vide Alex.in l.filiuſfa.ſ.diui.de leg.j. Itē ꝙ nō habeat locum in curatore ad litē, vide Sali.hic in fin. Pro quo vide ꝙ dicit Bar.no.i l.ij.ſ.cōtrariū.ff.de cura.bonis dādo, ⁊ ibidem Ang.

b ALEX. ¶ Debitor vel creditor hereditarius. An prohibitus ne eſſe curator hereditarius. Dic ꝙ non. Tex.eſt ſing.in l.debitor. in prin.ff.de neg.geſt.ibi nō tamen erat creditor,ſed ex contractu precedenti inter viuos,⁊ vide tex.in l.ij.ff.de cur.bo.dan.

c ALEX. ¶ Op.in auth. Adde Bal.poſt Gul.in d.l.cum in eo.ff. de pact.⁊ ibi quid in filio naturali,⁊ ſpurio.

d ALEX. ¶ Quero primo. Adde Bal.in l.cum in eo.ff.de pact.vide tamen Bal.hic.

e ALEX. ¶ Res communes. Per Bal.hic in fi.

f ALEX. ¶ Venio ad ſeq.gl. Iſta auth.extēditur ad tutorem,facit etiam quod no.gl.⁊ do.j.eo.auth.matri ⁊ auie. limita niſi debitum fuiſſet cōtractum poſt teſtamētum, arg.l.libertus.ſ.largius. ⁊ ibi no.ff.de ann.leg.⁊ ita conſuluit Bal.in conſ.incip.ſecundum opi.gl.⁊ adde Bal.in l.j.de confir.tuto.Et quid incontinenti cum tutor deſijt eſſe debitor,vl' creditor,tutela reuertitur ad eum. Ita no dicit Bar.in l.ſi impuberi.de tu.⁊ cu.da.ab his.⁊ Bal.in l.cum in eo.ff.de pact.Bal.hic,iuxta fin.in verſi. vlti.extra gl.

g ALEX. ¶ Old. De iſta materia vide Bar.in l.poſt legatum.ſ.admittere.ff.de his quibus.vt indig.

h ALEX. ¶ Tutor. Bar.in l.pater.in princi.ff.de procur.⁊ ibi per Bal. Adde ꝙ Jo.And.in addi.ad Spe.in ti.de tu.ſ.fi. verſi.item ꝙ tutor.dicit opin.Hug.ſtrictiſſimam,⁊ illam ſequitur. An autem hec auth.habeat locum in debitore obligato reali ſicut perſonali,Bal.conſi.cclviij.tenet quod non.iij.lib.

i ALEX. ¶ Debitum annuum. Vide circa hoc omnino Bar.in l. inter ſtipulantem.ſ.ſacram.de verb.oblig.

k ALEX. ¶ Vltimo,facit ꝙ no.Bar.in tit.j.in auth.ſacramentum.

l ALEX. ¶ Cogitabis. Adde Bartol.in l.ſi impuberi. ff. de tut.⁊ cura.da.ab his.

LEX IX.

a SI ſororis. [a] Habenti tutorem legitimum, alius dari non poteſt.hoc dicit in ſumma.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Si ſororis. Limita per Bal.in l.j.ſ.de teſtam.tut. Secus in tutore inutiliter dato,⁊ confirmato.in l.iij. ⁊ ibi Barb. ſ.de confirma.tute.

LEX X.

a CVratorem. [a] Habenti curatorem non poteſt alius dari, niſi in cauſa, cognita, vel priore remoto.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Curatorem. Limita in curatore ad lites,qꝛ ante litem conteſtatam ſemper etiam alter adiungi poteſt,vt no.in l.qui cum procuratore.ſ.j.ff.de procu.

LEX XI.

IN vniuerſis. Minor ſine curatore generali ad lites non habet legitimam perſonam in iudicio.h.d.

LEX XII.

a CVrator. [a] Generalis curator non debet a lite deſiſtere propter ſpecialem curatorem datum ad litem.h.d.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Curator. Limita,vt dixi.ſ.in l.curatorem.

LEX XIII.

NE magiſtratuum. Colonus Principis, vel alius priuilegiatꝰ tutor dari non poteſt.h.d.

---

## Quando mulier tutelæ officio fungi poteſt. Rubr. XXXV.

LEX I.

TVtelam. Mulier de iure communi tutrix eſſe non poteſt.h.d.in ſumma.

LEX II.

a MAtres. [a] Si matres tutelas filiorum impetrant a principe debent iurare ſe ad ſecundas nuptias non venire,⁊ ſi contra fecerint,bona matrum pupillis obligantur,⁊ teſtamentarius ⁊ legitimus matrem precedit. h.d. Iſta lex corrigitur per authen.matri ⁊ auie.in multis.quam legam tibi in ſequenti lectione.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Matres. Et an lex iſta.ſ.ſinautem tutela.in authē. de nup.habeat locum in matre que nō erat tutrix,ſed ſimpliciter adminiſtratrix,vide Bal.in l.cum oportet.ſ.fin.ad fi.C.de bo. que li.

AVTHENT.

1 Renunciatio Velleiani que fit per matrem tutricem, quid operetur.
2 Factum in iudicio parte abſente an proſit alijs.
4 Pater quando preferatur in tutela,⁊ quando mater.
5 Quando auus preferatur,⁊ quando auia.
6 Si mater,⁊ auus concurrunt in tutela,quis preferatur.
7 Mater poteſt eſſe curatrix filiorum.
8 Mater,⁊ auia non coguntur tutelam ſuſcipere.
9 Tutela que defertur matri,eſt legitima.
11 Tutela vitiatur ſi mater non renunciauit ſecundis nuptijs, ⁊ Velleiano.
14 Si non eſt renunciatum ſecundis nuptijs,nec Velleiano, ſed generaliter omni beneficio,an valeat.
15 Tutela vitiatur ſi generaliter non obligauit omnia bona ſua, ⁊c.
16 Si mater,⁊ extraneus ſint dati tutores in teſtamento, an mater erit tutrix.
17 Mater data tutrix in teſtamento non confirmatur ſed coram iudice agnoſcit tutelam,⁊ renunciat.
18 Si fuit datus tutor a iudice matre ignorante an teneat datio.

a MAtri ⁊ auie. [a] Hec auth.ſe habet ad legē Codicis corrigendo in plurib. Primo,qꝛ de iure Codicis requirebatur ꝙ impetraret a principe,⁊ corrigitur per iſtam auth. Secundo,qꝛ per legem Codicis requirebatur ꝙ cum iuramento renunciaret ſecundis nuptijs,ꝙ iuramentum per hanc auth.⁊ ſequentem tollitur. Tertio per le

gem Codicis legitimi preferebantur matri, ꝙ per hanc auth. cor-
rigitur. Quarto per auth. minoris, quã modo vidiſtis, debitor vel
creditor prohibebatur a tutela vel cura. Iſtud determinatur per
auth. ad hec, poſitam hic, quod in matre ⁊ auia non habet locum.
Quinta in l. Eo dicis dicebatur ſolum de matre, hic extenditur ẽt
ad auiam, ⁊ ſic iſte auth. habent ſe nõ ſolum corrigendo, ſed etiam
addendo. ¶ Notabilia collige per te ipſuꝫ. ¶ Multa dicẽda ſunt
circa hanc auth. Et ego tractaui iſtam materiaꝫ in l. ſi quis ſub cõ
ditione. de teſt. tute. Et hoc anno etiam propter quedam conſilia
ſuperuenerunt mihi quedam dubia in iſta materia, ⁊ in glo. noſtra
vbi non ſunt dubia inſtant, ⁊ vbi ſunt dubia intacta relinquunt.
1 ¶ Op. ꝙ nihil releuet renũciare Uelleiano, q: mulier non inter-
cedit, ergo, ⁊c. cum Ueleianũ intercendentib. tantũ ſubueniat, vt ff.
ad Velle. l. ij. §. j. ⁊ l. tutori. ⁊ ȝ. ad Uelle. l. j. Sol. Quidam dicunt ꝙ
iſta renunciatio prodcrit quando mulier promitteret creditorib. ꝑ
pupillo. Neſcio quid hoc ſit dictuꝫ, nam iſta renunciatio fit in fauo
rem pupilli, non in fauorem illorum creditorum. Unde Cy. hic vi-
detur dicere quod iſta renunciatio valet ad modicum. Ego dico
b quod imo eſt neceſſaria, vt ĩ. dicam. in queſtionib. Item oppon.[b] id
2 quod fit in iudicio parte abſente, † alijs non prodeſt, vt l. certum. §.
ſi quis abſente. de confeſ. ergo. iſta renunciatio non poteſt prodeſſe
creditorib. abſentibus. Sol. Intellige quod hic iudex recipiat hãc
renunciationem nomine omnium quorum intererit, ⁊ ſic videtur
agi in dubio preſumptione huius authentice, in iſto caſu. ¶ Op.
ȝ. de procurat. l. alienam. Sol. Speciale eſt hic. Habetis expeditaꝫ
gl. que eſt ſuper ver. Uelleiani.
c **Uenio** Ad queſtiones[c] ⁊ proſequor ſecundum ordinẽ glo.
3 nõ variãdo ordinem aliquo modo. ¶ † Quero pri-
mo dicitur hic matri, ⁊ auie, vtrũ hoc habet locum in matre, ⁊ auia
naturali tantum? Gl. dicit quod ſic, ⁊ bene, vt l. fin. huius tituli, ⁊ in
4 auth. vt ſine proh. ma. §. j. in fi. ¶ Quero ſecundo † quid ſi eſt pater
⁊ mater. Solut. Si eſt pater legitimus, ipſe prefertur, vt l. ij. huius
ti. in fi. Nam tex. in corpo. vbi dicit matrem preferri legitimis intel
ligitur de legitimis collateralib. non de aſcendentib. vel deſcendẽ-
tib. Si vero eſſet pater naturalis tantum puto matrem preferen-
dam, vt l. fi. huius ti. ſicut etiam prefertur in ſucceſſione, vt in §. vul
5 go. Inſt. de ſucceſ. agna. ¶ † Quero[d] tertio, quid ſi eſt auus, ⁊ auia?
d Quidam dicunt ambos admittendos, cum non ſit iure cautum
quod auia per legitimos repellatur. Aduerte ſi eſt auus, ⁊ auia
patern⁹, ⁊ paterna de neceſſitate ſequitur quod illa auia eſt nupta,
ſi eam ponimus eſſe nuptam, ⁊ per conſequẽs ipſa repellatur a tu
tela, q: nupta, ⁊ prefertur auus. Idem ſi ponimus auũ, ⁊ auiã ma
ternũ, ⁊ maternã, ſed ſi ponimus auũ paternũ, ⁊ auiam maternam
eque legitimos tunc procedit gl. Poſſet forte dici cõtra ꝙ text. in
corpore dicit ꝙ ipſa preponit legitimis. ſ. ex latere trãſuerſali, non
ex aſcendẽtib. Et ſi tu dicis lex Codicis que dicit legitimos prefer
ri ſolũ in matre loquitur cõcedo cũ eadẽ ratione qua pater prefer
tur matri eadẽ ratione auus auie. Et hoc dicitur de mente auth.
vt faciat equalem conditionẽ auie ad matrem, nõ meliorem, imo
quo ad auiam deteriorẽ, q: mater prefertur, hoc tamẽ nõ pono ꝑ
cõſtanti. Pro hoc facit, q: cũ auth. veniat ad interpretationẽ hu-
ius legis loquẽtis de matre in qui. caſib. admittebatur mater in
illis admittebatur auia, vt in aut. de ñ. ante do. inſt. na. §. j. Sed ſi
poneremus auũ, ⁊ auiam naturales, tũc prefertur auia ſicut in ſuc
6 ceſſione. ¶ † Quero, quid ſi eſt mater ⁊ auus? Gl. dicit ꝙ preponi
tur auus tãquã legitim⁹ cũ ſit de legitimis aſcendentib. ꝙ nõ pla-
cet, q: auth. vnde ſumit iſta de her. ab inte. §. ex his. vocat iſtos ad
tutelã ſecundũ ꝙ ad hereditatẽ. Sed in hereditate non eſt dubiũ
e ꝙ mater prefertur auo, vt in auth. defuncto.[e] ĩ. ad Tert. ergo, ⁊c.
7 **Uenio** Ad gl. ſuper verũ. tutelã. † Quero, an idẽ ſit in cu
ra vt mater poſſit eſſe curatrix filiorũ ſuorũ. Tex.
hic, ⁊ in corpore vnde ſumitur, non exprimit, tamen in auth. vt ſine
proh. ma. debi. ⁊ cred. §. q: vero loquitur magis generaliter. Glo.
tamen hic propter identitatem rationis tenet quod idem ſit in tu
tela ꝙ in cura, ⁊ hoc tenent omnes, ⁊ ideo nõ inſiſto, ⁊ vide gl. Ad
iſtud ꝙ dicitur de l. cũ repudiante. ĩ. de cura. furio. tene illam reſpõ
8 ſionẽ ꝙ illa ſit correcta. ¶ † Quero, an mater ⁊ auia cogãtur tute-
lã ſuſcipere. Gl. dicit ꝙ non, q: hic, ⁊ in corpore dicit permittim⁹.
9 nõ dicit precipimus. ¶ † Quero, vtrũ tutela[f] que defert matri ſit
f legitima vel datiua. Dicitur ꝙ legitima, vt ĩ. ad Ter. l. omnem.
Econtra videt ꝙ ſit datiua, cũ per legẽ Codicis legitimi precede-
bãt eam. ¶ Preterea lex nõ facit eã tutricẽ, niſi ipſa velit per hãc
aut. Unde gl. dicit ꝙ nõ eſt legitima neqꝫ datiua, ſed eſt anomala.
Idẽ tenet Spec. in tract. ſuo de tutore. Do. Cy. dicit matrẽ eſſe le-
gitimã. Primo per tex. l. omnẽ. quẽ gl. hic alle. Secũdo per l. ij. §. ꝙ
ſi pater ff. ad Tertu. ⁊ ego allego vobis ĩ. in quib. cau. pig. ta. con-
trah. l. pe. Et hoc puto verũ per iſtam auth. ꝙ ſit legitima, q: alijs
agnatis prefertur. Nõ ob. dictum ꝙ demũ volens admittitur, q:
per hoc non deſinit eſſe legitima, nam filius qui eſt ſuus, ⁊ neceſſa
rius de iure aliquo eſt legitim⁹ heres, ⁊ licet per pretores habeat

beneficium abſtinendi tũ nihilominus legitimus heres rem...
Preterea alij qui ad hereditatẽ admittunt, demum ſi volunt le-
gitimi appellant, vt in tit. de ſuis, ⁊ leg. Licet ergo mater ſit tutr...
gitima, eſt tutrix legitima voluntaria, alij legitimi dicũtur tuto...
neceſſarij, tamen vterqꝫ eorũ legitimus eſt. Ita debetis intellig...
g hanc materiam. ¶ Ulterius quero,[g] quid ſi mater eſt data tu...
10 in teſtamento an dicatur teſtamentaria. Uidetur quod nõ, q...
gi non poteſt niſi velit, vt in hac authent. Ueritas eſt, quod...
ſtamentaria, nã dari poteſt per hanc authen. ⁊ erit teſtamen...
voluntaria. Alij tut. teſtamentarij, neceſſarij ſunt etiam ſicut...
redib. dicimus.
h **Procedo** Ulterius[h] venio ad aliam gl. ſuper ver. ...
leiani. ⁊ licet hanc gl. recitauerim per co...
ria, tamẽ occurrunt mihi circa hoc plures queſtiões. Hic dici...
in tex. quod mater debet renunciare ſecun. nupt. ⁊ ſenatuſcon...
Uelleia. auxilio. additur in corpo. vt ſine prohib. ma. §. q: vero...
11 ꝙ renũciet omni alij auxilio. ¶ Quero, † quid ſi mater non renun-
ciauit, an valeat datio cure, vel aſſumptio tutel. Et videtur q...
q: omiſſio modice ſolennitatis non vitiat, vt l. j. in fin. ff. de ...
ſpi. Contrarium credo, q: in datione tutoris quocunqꝫ mod...
erratum, non valet. ff. de tutor. ⁊ curat. da. ab his. l. tutor ...
petitus. Preterea iſta ſolennitas põt eſſe multũ preiudicialis...
go preſumit neceſſaria, que omiſſa vitiat, vt l. diuus ...
reſt. ⁊ l. cũ hi. §. ſi pretor. de tranſac. ⁊ quod poſſit eſſe p...
oſtendo primo de renunciatione, que fit de ſecũdis nu...
eſt, quod ea que habet ſecũdum virum, eſt ſuſpecta leg...
ſumit quod exoneraret filios pro viro, vt ĩ. de admit. tut...
tutores. §. lex enim. ⁊ hic in auth. ad hec. ⁊ quod ibi no. S...
preſumptio eſt de ea, que habet animum ⁊ cõſilium nuben...
eſt de ea que nubit, ſicut dicimus de ea que habet cõſilium ...
tendi. vt l. ſi cõcubina. §. j. re. amo. ⁊ l. ſed ſi maritus. in fi. qui ⁊ a...
Pro hoc optime facit tex. ȝ. de nupti. l. imperialis. §. ſed ⁊ ſi tal...
Preterea hoc ꝓbatur ex tex. in d. §. q: vero, vt ſine ꝓhi. mat. in ...
mox tũ. ibi dum dicit, ſecundas concupiſcentias, ⁊c. Ex quo ap...
ret quod cõcupiſcẽtia nuptiarũ, reddit eam inhabilem. ſicut ...
nuptie. Preterea, de iure antiquo cogebat hoc iurare, alias no...
valeret, vt l. ij. ⁊ l. fi. huius tit. hodie vero remouetur iuramentu...
ſed renunciatio requiritur. ergo remanet in alijs idem effectus...
licet quod renunciatio omiſſa vitiat. Preterea, iudex qui dedit...
tutricẽ cũ non renunciauit ſecund. nupt. facit hoc ignorãs an h...
beret animũ nubendi, ⁊ ſic errauit in iure preiudiciali, ſeu ma...
preiudicij, merito tutele aſſumptio non valet, vt d. l. tutor ſi pe...
tus fuerit. de tuto. ⁊ cura. da. ab his. Secundo videam⁹ quid ſi...
i renunciauit[i] velleiano. d. Cy. in hoc vult dicere, quod hic renun...
tio modicum releuat, ⁊ ſic ſtius omiſſio non vitiaret. ⁊ cũ haber...
mus ſuper hoc cõſulere, fuit mihi oſtenſum cõſilium, ſeu deter...
natio cuiuſdã doct. Bononien. qui vocatus eſt dominus ...
cus de Salis, qui idem determinabat, quod iſta renũcia...
dici preiudicij, ⁊ omiſſa non vitiet. Contrarium ego puto ...
ſic coſului quatuor vicib. in ciuitate iſta, qd iſta renuncia...
ſa vitiet, q: omittitur res magni preiudicij, vt hic videtur ...
Preterea, ſi mulier non exigeret debitores pupilli, vel habe...
tutores, vel conſtitueret actorem, poſſet teneri pro eis, ⁊ ...
interceſſio, ⁊ iuuaretur velleiano omnino, ideo opus eſt renun...
tione, ⁊ ideo concludo, ꝙ ſi vnum iſtorum omittatur. ipſa n...
12 gitima tutrix. ¶ Sed quero, † quid ſi renunciauit Uelleiano ...
k cũdis nuptijs, nec fuit dictum, omni alij auxilio,[l] an valeat ...
l detur quod ſic, q: tex. hic non requirit quod requirit ...
cietur, niſi iſtis duob. ¶ Preterea, nõ videtur qd habeat aliud b...
neficiũ, ergo adiectio illius generalitatis nõ releuat. contrari...
co, q: mulier in multis iuuatur. Primo in ignorãtia iuris, ...
tis caſib. habet beneficiũ vltra quã vir, vt vidiſtis in l. fi. ȝ. de ...
fac. igno. ⁊ ideo per hãc renunciationẽ illa beneficia tollunt...
lier in eũ caſum redigitur, quo eſſet. ſi eſſet tutor maſculus, ...
habebit beneficiũ in caſib. illis poſitis in l. fi. ȝ. de iur. ⁊ fac. ig...
co etiam quod beneficium ibi cõpetens, tanquã mulieri, ...
tale ꝙ alias per renunciationẽ tolli non poſſit, tamen iſtius ...
authoritate, per renunciationẽ tolleretur, ꝙ patet hic in ...
no. cui ſecundum veram opi. renunciari non põt, vt vidiſtis ...
Uelleia. l. ſi. ⁊ ibi per doc. probatur. in l. doli exceptio. veri ...
ſuum. ff. de noua. ⁊ ibi dixi. ⁊ tamẽ in iſto caſu valet authorita...
13 ius aut. ¶ Ex hoc etiã dico, † ꝙ licet alias mulier pro debito ...
m nõ poſſit, vt l. ij.[n] ⁊ auth. ibi poſita. de omi. diuer. iudi. ⁊ l. ...
n tribu. lib. x. ⁊ in auth. vt nulli iudi. §. neceſſarium. colla. ...
caſu preſentis auth. pro omni debito cõtracto ratione tutele ...
terit capi. q: videt ſublatũ per hanc renunciationẽ beneficiu...
auth. poſitũ. ȝ. de omi. diuer. iud. ⁊ perinde habetur ac ſi eſſet ma...
culus, ſed beneficiũ ꝙ iſta mulier habet, eſt q: parẽs, nõ q: m...
huic nõ videt renunciatũ. Et ideo puto quod haberet bene...
ne cõueniat niſi inquãtũ facere põt, ⁊ ſimilia beneficia pariter

ta. ¶ † An ero, quid ſi nõ renuntiauit* ſecũdis nuptijs, neq; vel-
leiano ſpeci aliter, ſed generaliter renunciauit omni beneficio, an
valeat. Reſpond. nõ eſt neceſſe, quod exprimatur de Velleiano, qꝛ
illud eſt beneficiũ mulieris. Et ideo includitur ſub illa generali re-
nunciatione, ſed eſt neceſſe quod exprimatur de ſecũdis nuptijs,
nam quod poſſit tranſire ad ſecundas nuptias, non eſt beneficiũ,
ſed eſt quedam facultas. Ideo ſub illa generali renunciatione nõ
comprehenderetur, ſed tamen eſt neceſſe, quod illud declare-
tur, vt ſupra, dictum eſt. ¶ Quero, † ſi in tutela non obligauitº
expreſſe omnia bona ſua, quod requiritur, vt d. auth. vt ſine prohi.
ma. Dicunt quidã, hoc non vitiat. Ratio: qꝛ bona ſunt tacite obli-
gata pro adminiſtratione tutele, vt l. pro officio. ĩ. de admin. tut.
¶ Contra puto quod ſit legitima tutrix, niſi expreſſe obliget, qꝛ
multi ſunt effectus hypothece expreſſe, vltra quam tacite, maxi-
me in caſu l. aſſiduis. ĩ. qui pot. in pig. ha. De hoc eſt text. expreſſe
in l. de creationib. in fin. š. de epi. au.

16 p Venio † Ad ſequentem glo. ſuper verſic. teſtamentarijs. p
¶ Quero, pone quod duo ſunt dati tutores in te-
ſtamento, mater, ⁊ extraneus, an mater erit tutrix? Quidã dicunt
quod non, qꝛ teſtamentarij preferuntur ei, quod dic latius vt in
17 gl. ¶ Quero, † quid ſi mater eſt data tutrix in teſtamẽto, an egeat
cõfirmatione? Quidam quod ſic, per l. qui in aliena. §. quanquam.
de nego. geſt. Sed tu dic, quod illa loquitur de iure antiquo. Ho-
die vero non eget cõfirmatione, ſed neceſſe eſt vt tutelã agnoſcat
coram iudice, ⁊ renunciet illis beneficijs, de quibus dictum eſt in
18 q hac auth. ¶ † Quero, quid ſi datur tutor a iudice matre ignoran-
te, q an valeat. Et videtur quod datio nõ teneat, quaſi perperã ſit
interpoſitum decretũ. arg. ff. de reb. eor. l. magis puto. §. ſi es alie-
nũ. ⁊ ff. de tu. ⁊ cu. da. ab his. l. ſcire oportet. ⁊ š. qui da. tuto. po. l. ſi
ſororis. Sed gl. determinat contra. per l. ſi vt proponis. š. de cõfir.
tut. Ita dicit gl. hic. Contrariã gloſ. habemus. ff. de tut. ⁊ cu. da. ab
his. l. tutor ſi petitus fuerit. ⁊ illã gl. tenet Dyn. ⁊ allegat rationẽ,
qꝛ mater eſt tutrix legitima, vel teſtamentaria, vt dictũ eſt š. quan-
do vult ipſa, ſed ſuperueniente legitimo ceſſat datiuus, vt l. ſi tu-
tor. la ij. §. j. ff. de tutelis. ⁊ ra. diſtr. ⁊ l. non ſolum. §. ſi libertus. ff. de
excu. tu. Ad l. ſi vt proponis. š. de cõfirma. tut. reſpondeo quod ibi
loquit in tutore cõfirmato, qui ſapit naturam teſtamentarij, meri-
to prefertur matri, ſecus in tutore, qui eſt datiuus ſimpliciter. Ita
dicit Dy. Odof. vero diſtinguit aliter. Aut mater fuit in mora pe-
r dẽ tutorem, ⁊ tunc prefertur datiuus. Aut non fuit, nec eſt quid
ſibi imputetur, ⁊ prefertur ipſa, ar. l. ſi maritꝰ. la j. §. ſi aũt extraneꝰ.
ſi. de adul. pro hoc optime facit. ff. de iure fiſc. l. edicto. §. facit. ff. de
adminiſt. tuto. l. tutor qui reper. circa prin. Facit optime ĩ. de his
qui. vt indig. l. ſororẽ. Et hãc opi. tenet Pet. Jac. de Ra. ⁊ Cy. hic.
Pro quo etiam optime facit ff. ad Tertul. l. ij. §. ſi mater. verſ. quid
ergo. ⁊ verſ. ſed ſi forte. Facit etiã š. de epi. ⁊ cle. auth. preſbyteros.
vbi innuitur quod ſi ſtat per quatuor mẽſes, videatur in mora cõ-
ſtituta. Mihi videtur, ⁊ aduerte quod dicti docto. dicunt verũ in
iure, tamen hoc bene non practicant. nam fateor quod quãdo ma-
ter fuit in mora, prefertur datus a iudice, ſed eſt neceſſe, ꝙ de iſtiꝰ
matris mora iudex cognouerit bene. Vnde puto, quod mater de-
beat citari, ⁊ ſi apparebit eam eſſe negligẽtem, iudex dabit alterũ,
alias non valeret datus a iudice. Et credo, quod hoc ſit equum š.
tit. j. l. quod dicis. Et predicta vera quando matre excluſa non ſu-
pereſt legitimus, ideo eſt deueniẽdum ad datiuũ. Si enim legiti-
mus alias ſupereſſet, locus nõ eſſet datiuo. Nam cũ mater per mo-
ram ſuam deſinat eſſe tutrix ex legis diſpoſitione, nõ ex facto iudi-
cis. debet deueniri ad legitimum, nõ ad datiuum, vt j. dicam. ⁊c.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ¶ Matri, ⁊ auie. No. circa iſtam materiã quod mater
non admittitur ad tutelam cõtra voluntatẽ patris, vide Alex. in
conſi. cxl. in j. vol. Nunquid autem mater per tranſitum ad ſecun-
da vota perdat tutelam vide in d. conſi. cxl. Quid autẽ ſi pater di-
cat in teſtamento, relinquo filium in manib. matris ſue, an videa-
tur eam reliquiſſe tutricem, vide Jaſ. no. quod ſic. in l. manumiſſio-
nes. ff. de iuſt. ⁊ iur. Et repetit vnũ verbum idem Jaſ. in l. j. ff. de iu-
riſ. vide in repe. ſecunda in verbo, tutor. Item an mater poſſit eſſe
tutrix viuente patre, ſi forte ſit bannitus, vel condemnatus taliter
quod filijs ſit dandus tutor, vel curator, vide Bar. in l. que ſub cõ-
ditione. ad fi. ff. de teſt. tu. Itẽ quod mater iudea poſſit eſſe tutrix
filiorum ſuorum, vide late Barbat. conſ. xv. volum. j. vide eundem
Barba. cõſ. xj. vol. iij. vbi ponit quod licet non teneatur iurare, te-
netur renunciare ſecundis nuptijs, aliter nõ valeret tutela. Et qꝺ
mater prefertur etiam agnatis, qui eam excluderent a ſucceſſio-
ne, ⁊ ſimiliter auo materno vel paterno. Et quod licet ſit in pote-
ſtate patris poteſt eſſe tutrix. Et quedam alia maxime an tenea-
tur preſtare fideiuſſorem ſi non haberet niſi dotes ſuas.
b ALEX. ¶ Item op. Id quod plene in l. ſi pupillus. cum ſeq. rem
pu. ſal. fo. ⁊ gl. hic in verſ. Velleia. Sed dubitatur an iſta auth. ha-
beat locum in proauia. Bar. in l. cui eorũ. §. affinitates. per illum
tex. de poſthu. dicit quod ſic. Sed cõtrarium tenet Ange. in l. Gal-
lus. §. inſtituens. de lib. ⁊ poſt. de quo ibi vide late per Imo. poſt
Ang. ⁊ Ange. in l. femine. ff. de reg. iur. ⁊ Bal. in l. ſi quis ſub cõdi-
tione. de teſt. tu. Ange. ⁊ Bal. in d. l. cui eorum. Ad iſta vide quod
no. Bar. ⁊ quod ibi dixi in l. liberorum. de verbo. ſignificat. ⁊ vide
quod no. Bal. in l. j. de ſucceſ. edict.
c ALEX. ¶ Venio ad queſtio. Vide Bal. hic.
d ALEX. ¶ Quero. Latius in l. ſi quis ſub conditione. ff. de teſt.
tu. ¶ Adde Bal. conſi. clxxxiij. iij. lib.
e POMA. ¶ Defuncto. Venio ad gl. vide Barb. conſ. xj. in iij. du.
volumine iij. vbi loquitur etiam in patre matris, ⁊ ſic etiam in auo
materno. ⁊ ibi in quarto dubio ponit, quid ſi mater eſſet ĩ poteſta-
te patris, ⁊ quid ſi adeſſet ſtatutũ qꝺ filiuſfa. nõ poſſit ſe obligare
ſine patris cõſenſu, vide etiam ad hec Bal. cõſ. ccxxiij. in j. parte.
f ALEX. ¶ Vtrum tutela. Et ibi ego allego tex. ſed illum tex. ha-
bes allegatum per Odof. poſt Azo. in l. iij. ff. de fideicom. lib.
g ALEX. ¶ Vlterius quero. Et vide Bal. hic, ⁊ Bar.
h ALEX. ¶ Procedo vlterius. Idem Salic. hic.
i P. PAV. P. ¶ Non renunciauit. No. in iſta materia quod ſi ma-
ter vel auia non facit ſibi decerni tutelam cum renunciationibus,
de quibus hic dicitur, negligentes ſunt, ⁊ eis incumbit onus pro-
bandi quod predicta fecerint, vbi de hoc dubitaretur, vide Joan.
de Ana. conſi. c.
k ALEX. ¶ Et Velleiano. ⁊ adde que no. Bal. ⁊ do. in auth. ſacra-
mentum. ⁊ in l. fin. §. pe. de condi. ⁊ vide per Bar. ⁊ quod no. in l. iij.
§. queſitum. ff. ſi quis cau. ⁊ ibi dicit Bal. quod intelligitur renun-
ciatum ſtatuto. de quo vide in rub. de arbi. in iij. q. per Ludouic. ⁊
que no. Butriga. in l. ij. de reſcin. vend.
l ALEX. ¶ Auxilio. Et de hac cautela vide Bald. in l. antique. §.
fin. ad velle. ⁊ Bal. in l. j. in v. q. C. de rei vxor. actio. ⁊ talis non com-
paratur, quod intelligatur renunciatum beneficio cedendarũ vel
alteri, ꝙ nõ competebat tempore renunciationis. Bal. in l. ſi diui-
ſa. C. loc. ⁊ que hic ſequuntur in fin. huius. auth. ⁊ hic adde Bart.
in l. ſi ſub cõditione. de teſt. tut. etiã vide hoc in ſeq. q. ⁊ Spe. de re-
nun. ⁊ concluſione. §. j. verſi. ⁊ qꝛ. ⁊ verſ. quid ſi quis. verſ. regulari-
ter renunciauit cõſuetudini, vbi omnino videas ⁊ ibi Joan. And.
in addi. quã poſuit de renun. ſtatu. P. PAV. P. ¶ Alij auxilio. De
iſta generali renunciatione quid operetur, ſicut ſi eſſet facta gene-
raliter de omni beneficio, vide aliquid in conſilijs Comen. in cõſil.
vij. inci. viſis cõpromiſſo in ſubſcriptione domini Floria. vbi indu-
cit iſtã deciſionẽ ad aliud ſimile de quo ibi p eũ. Vide ad iſtã clau-
ſulã, omni legũ auxilio, qꝺ decidit Jaſ. in l. fi. in prin. ſi cer. pet. ⁊ que
ſcribit Soci. conſ. cc. de quo habes in repertorio ĩ verbo, exceptio.
m ALEX. ¶ Mulier pro debito. No. caſu, quod mulier põt carce-
rari. adde Bar. in l. ſi quis ſub conditione. de teſta. tute. Itẽ fallit
dicta auth. vbi mulier eſſet meretrix, quo caſu poſſet talis carcera-
ri ſecũdum Bal. in l. conſentaneum. C. quomodo ⁊ quando iudex.
Et bene facit in arg. l. que in adulterium. in fi. j. de adult. Vide no.
Bar. in l. conſentaneũ. Et de hoc an in ciuili, vel in criminali poſ-
ſit mulier carcerari, vide Bal. in l. j. ff. qui ſatiſda. cogan. ⁊ in l. quo-
niã. de cuſt. reo. ⁊ quod ibi habetur. ⁊ quando mulier poſſit capi,
etiam pro debito, vide Bal. in l. j. ĩ. de executiõe rei iudi. ⁊ in l. j. qui
bonis cedere poſſunt. ⁊ dicit Franciſc. Tigri. in conſil. incip. factũ
ſe habet, quidam nomine Burgundus. ⁊c. cui ſubſcripſit ſe Bar.
quod conſilium eſt inter conſilia Bar. conſ. cxlv. in v. j. vol. quod cũ
mulier dicit ſe tranſituram ad ij. vota, ſtatim deſinit eſſe tutrix, vt
dari poſſit alius, ſi legitimi nõ ſuperſint. alleg. pro caſu. §. ſin autẽ
tutelam. in auth. de nup. in verſi. ſui. in fi. ⁊ Bald. in l. omnem. C. ad
Tert. ¶ Adde quod mulier meretrix poſſit carcerari, videtur li-
mitari niſi eſſet coniugata, qꝛ tunc propter honorem matrimonij,
non videtur quod poſſit carcerari, per ea, que voluit Joã. And.
in addi. ad Specul. ſ. quod ſtatutum quod permittit meretricem
percuti, non habet locum in coniugata, per predictam rationem,
⁊ poteſt talis meretrix accuſari de adulterio ſecundum ipſum.
Vide ad hanc materiam an mulier poſſit carcerari, de quibus ca-
ſibus, Alex. Jaſ. ⁊ Ro. in l. plerique. ff. de in ius voc. Matheſ. nota.
cviij. ⁊ ibi addit. Hyppoly. de Marſil. ſing. ccxlviij. ⁊ cclxxix.
n POMA. ¶ Vt l. ij. Iſta illatio non videtur bona: qꝛ tale ius in-
troductũ eſt fauore honeſt. cõſeruãde, ⁊ ſic ad bonos mores tuen-
dos, ergo ei nõ debet poſſe renunciari. Iuri enim quod ad bonos
mores eſt introductum, non renunciatur, vt per doct. in l. ius pu-
blicum. ff. de pact. ⁊ in c. ſi diligenti. de fo. compet. Et ita in termi-
nis reperio reprobari hanc illationem tutorum. in l. ali. §. elegan-
ter. ff. ſol. mat. ⁊ Barba. in c. la. or. de pig.
* CLAV. DE SEISS. ¶ Renuntiauit. Vnum no. in hac materia
quod omnes renuntiationes debent fieri eodẽ die quo decernun-
tur tutele, alias non valeret actus, gl. eſt notab. ⁊ ſing. in ſimilibus
terminis. in c. vt circa. in verbo preſtito de electi. lib. vj. quã ad ter-
minos noſtros trahit Bald. ibi quem refert ⁊ ſequitur Prepoſ. in
c. ex parte. de appe. ⁊ de iſta renuntiatione generali, vide Ro. cõ. clj.

o ALEX. ¶ Nō obligauit. Uide Bal.in l.pro officio. In cōtrariū faciunt no.per Bal.in l.fi.§.ſed cum antiquitas.j.de cura.fu.quid ſi mater renunciauit tutele,demum antequam alius aſſumeret tutelam,re integra vult redire,an poſſit. Jacob.de Bel.in ſua q.que incipit,mater delata ſibi tutela,ꝛc.determinat quod ſic ea ratione maxime cum iuri publico renunciari nō poſſit.adde quod dixi in l.ſciant.de legi.hered.qđ no.Bal.in auth.ſacramentū.ad fi.j.e.tit.ꝛ in l.omnem.ver.ſed nunquid.ad Tert.P. PAV. P. ¶ Non obligauit. Ad apoſtilam Alex.hic poſitam.ibi determinat ꝙ ſic.Contrarium tenet Bal.in l.omnem.C.ad Tert. Ang.in auth.iſta pro pe finem.vide Bal.in d.l. Imperialis.in fine prin.C.de ſecun.nup. Aduerte tamen quod Ang.hic,ꝛ Bal.in d.l. Imperialis.loquuntur qn̄ res nō eſt integra,qꝛ datus erat alius tutor.Bal.aūt in d.l.omnem.ſimpliciter loquitur qn̄ autē mater trāſiret ad ſecūda vota,poſtea reſtaret vidua,an reaſſumat tutelā.ponit Cy.hic ad fin. Alb.ꝛ Sal.hic Alex.in apoſ.in l.ſciant.C.de leg.her.Et qn̄ datus eſt alius tutor,nec mater poſtea non vult nubere,etiam qn̄ nubit,ꝛ poſtea reſtat vidua,vide Mod.bene in l.etiam ſi.ff.de queſtio.referentem ſimpliciter Bal.in varijs locis.ponit quod dicit Bar.in authen.ſe.ver.quero an ſtatim.

p ALEX. ¶ Teſtamentarijs. Habetur per Odo.poſt Azo.in l.iij.ff.de fideicommiſ.libertatib.ꝛ melius Bar.in l.ſi quis ſub conditione.de teſtamen.tutel.

q ALEX. ¶ Matre ignorante. Uide gl.hic,ꝛ Bal.poſt eā in verſi.quero ſi detur tutor ſi petitur circa fi.ibi Ja.de Ra.ꝛ Cy.hic,ꝛc.ꝛ cum doc.tranſit hic Fran.Ti.in d.conſi.inci.factum ſe habet,quidam nomine Burgundus ꝛc.cui ſe ſubſcripſit Bar.ꝛ maxime vbi mater fuit tutrix,ꝛ poſtea tranſiuit ad ſecunda vota,qꝛ incōtinēti auia prefertur omnibus datiuis,non teſtamētarijs.ꝛ not.Bar.in l.ſi quis ſub conditione.in fi.ff.de teſt.tut.ꝛ in d.l.tutor ſi petitus.vbi omnino vide.

r P.PAV.P. ¶ In mora petendi. Uide Alex.conſi.cccclxxviij.vide Decium conſi.xvj.vbi etiam quod mater debeat citari ad cognoſcendum an fuerit in mora,ꝛ per quantum tempus lapſum dicatur conſtitui in mora,vide late Alex.conſ.clxxxj.vol.v.

AVTEENT.

1 Mater,que luxuriatur,perdit tutelam,ſicut quando trāſit ad ſecunda vota.

2 Mater ſi tranſiuit ad ſecunda vota,ad quos tutela redibit.

5 Si mater eſt minor annorū xxv.an ſuccedat alius legitimus, vel perueniatur ad datiuum.

**SAcramentum.** Quero primo, hic loquitur, quando trāſit ad ſecundas nuptias. ¶ Quero† quid ſi aliter luxuriata [a] eſt. Gl.dicit idem,arg.in auth.de reſti.ꝛ ea que parit.§.ſi.De hoc videtur caſus in l.ſi.huius tit.nam debet pudicitiam ſuam intactam ſeruare.

2 **Sed quero.** †Matre excluſa propter tranſitū ad ſecunda vota,ad quos redibit tutela, an ad datiuū,an ad legitimum? Gl.ſe expedit vno verbo, ꝛ dicit qđ ad datiuum,ad inſtar eius,qui tanquam ſuſpectus remouetur,vide gl.iſtam. ¶ Aduerte,iſta queſtio eſt magis difficilis quam alia, que ſit in iſta materia.Semel fuit iſta queſtio in hac ciuitate pro tutela filie Bertrādi Comitis de Marſano.Et iſta queſtio fuit cō
b miſſa Bononie [b] quatuor doctoribus.ſ.domino Ric. Mal.do. Jac.de Bel.do.Jac.But.ꝛ do.Ray.de Forl.ꝛ erant diſcordes. do.Rich.Mal.ꝛ do.Ja.de Bel.erant pro vna parte.ſ.quod eſſet locus datiuo,vt hac gl.do.Jac.de But.ꝛ do.Ray.de Forl.erant in contraria opi.quod eſſet locus legitimo. Hoc probabant ipſi ſic,Regula eſt quod donec eſt legitimus,non peruenitur ad datiuum,imo legitimus excludit datiuum,vt l.ſi tutor reip.§.j.de tut.ꝛ ra.diſtra.ꝛ l.non ſolū.§.ſi libertus.de excu.tut.Probatur ex ordine titulorū.ff.eo.ꝛ inſti.Habemus ergo reſpondere ad iura,que faciunt in contrarium,que vidētur velle,ꝙ ſit locus datiuo. Primo de hoc videtur tex.in l.ij.huius tit.in fi.Reſp.Iſta lex loquitur ſecundū ſua tēpora,ſecūdū que mater non poterat eſſe tutrix,exiſtēte aliquo legitimo,merito ea excluſa veniebatur ad datiuū qꝛ nullus erat legitimus.Itē quod ſit locus datiuo videtur tex.in l.omnem.j.ad Tertul.ꝛ l.matres.eo.tit.ꝛ l.pe.j.in quib.cau.pig.taci.cōtra.ꝛ in auth.de nupt.§.ſi autē tutelā.ꝛ qui pe.tut.l.matris. Sed ad omnes iſtas reſpondebat Jac.But.ꝙ loquuntur quando legitimi ſuperſunt.Si autē legitimi ſupereſſent,tunc remanet regula.ꝙ exiſtente legitimo datiuus repellitur.Pro hoc facit l.ij.ꝛ l.di
c uus.ff.qui pet.tut. ¶ Contra hoc dictū [c] ſuum facit multum fortiter iſta auth.ꝛ ꝙ hic notatur,cui ipſe non reſpondet in illo conſil, quando mater tranſiuit ad ſecunda vota,remouetur vt ſuſpecta, ſed tutore remoto vt ſuſpecto deuenitur ad datiuum, vt l.ſi quis ſub conditione.de teſt.tut.l.iij.§.queri poteſt.de leg.tuto.ꝛ habuiſtis no.in l.prima.ſupra de teſt.tu.ergo ꝛc.vt dixi. Ad hanc rationem non reſpondet.Ideo mihi videtur ſic dicendū: Tres ſunt caſus.Quandoqꝫ mater nunquam aſſumpſit tutelam filiorum,ſed vadit ad iudicē,ꝛ dicit,ego nolo eſſe tutrix, peto tutorē filio meo dari,tunc non eſt dubium ꝙ deuenitur ad legitimum, vt d.l.ij.qui pe.tuto.Quādoqꝫ mater aſſumpſit tutelam filij,ꝛ poſtea deſiſtit, ꝛ hoc poteſt eſſe duobus modis,vel quod ipſa vadat ad iudicem, ꝛ dicat,Domine,ego intendo tranſire ad ſecunda vota, detis tutorē filio meo,ꝛ tunc puto ꝙ ſit locus datiuo. Et ita loquitur iſta auth.Ratio,qꝛ iſta coram iudice abijt a tutela, ꝛ idcirco abſit vt alius detur, vt d.l.ſi quis ſub cōditione.ff.de teſt.tut.ꝛ ibi plene dixi.Si vero mater,que erat tutrix,nō curauit de filijs, ſed ſimpliciter ad ſecūda vota tranſiuit,tunc deſit eſſe tutrix ipſo iure, vt hec auth.coram iudice hoc nō agēte,merito deuenitur ad ſequentem legitimū,nō ad datiuū,vt l.ſi qs ſub cōditione.de teſt.tut. ¶ Que
d ro,an ſtatim [d] cū mater vadit ad iudicē,ꝛ dicit† ſe velle tranſire ad
3 ſecunda vota,deſinat eſſe tutrix antequā tranſeat.Gl.videt ꝙ nō, j.tit.j.l.ppter.dum alleg.l.omnē.ꝛ §.ſin autē tutelam.Hoc mihi non placet,nam ab initio non daretur tutrix,niſi renunciaret ſecundis nuptijs,vt ſ.dictum eſt.Et ſic ſtatim cū ſuperuenit animus nubendi,ſtatim incipit eſſe ſuſpicio,ergo,ꝛc.Preterea,ſufficit hoc allegare,licet poſtea non nubat,arg.ſ.de nu.l.imperialis.§.ſed,ꝛ ſi ta le.ꝛ idem puto eſſe de ſpō.lib.quod de matrimonio.Hoc quod de ſponſalib.dico,tangit Spec.in tracta.ſuo de tutore.§.nunc dicen
e dum. [e] Quero,dixi quod quando mater antequā nubat vadit ad
4 iudicē,locus eſt datiuo. ¶ Quero,†an iudex debeat dare quem mater petijt.Gl.dicit,quod mater debet petere,in l.ſi quis ſub con
f ditione.ff.de teſta.tut.ꝛ dicit,quod iudex debet dare petitum a matre.Et idē videtur tenere Dyn.ꝛ Cyn.refert.ſ.auth.matri. Alij doct.tenent contrarium,qđ petitus a matre non debet dari de neceſſitate.Et ita refert Cyn.fuiſſe determinatum Bono. per quendam ſolennem doct.ꝛ aduocatum qui fuit vocatus Albertinus de Malauoltis.ꝛ do.Jac.Butr.in illo conſi.de quo vobis ſ. dixi,tenet idem,quod probatur per l.credendum in fin.ff.qui pet. tut.vbi dicitur,quod matris officiū in petendis tutoribus non ſufficit. Nulla enim lex eſt,que dicat iudicem debere dare petitum a matre,ſed dicit quod mater debet petere,ꝛ nominare, ꝛ in arbitrio iudicis erit dare,vel nō,vt ſ.qui pet.tut.l.matris.ad Tert.l.ij. §.ſi mater.ꝛ omnibus ll.ſ.allegatis,in duab.precedentib.q.Iſtud etiā tenuit Jacob.de Aret.vt hic Cyn.refert,ꝛ ſcripta ſua communiter dicunt.tamen domi.Richar.mal.qui fuit ſcholaris Jac.de Aret.dicebat in illa q.de qua ſ.dixi,quod dom.Jaco.de Aret.nunquam dixit,ſed ita dicunt cōmuniter ſcripta ſua,ꝛ hoc puto verius.
5 ¶ †Quero,quid ſi mater eſt minor xxv.ann.ſed ſperatur quod efficiatur maior,vnde ipſa interim non poteſt eſſe tutrix,* vt §.fin.inſtit.de fiducia.tute.* vtrū ſit locus ſequenti legitimo, vel ſequenti datiuo? Uidetur quod ſequenti datiuo,qꝛ quādo proximior legitimus ſperatur,ſequens legitimus ceſſat,ꝛ eſt locus datiuo, vt l. non ſolū.§.ſi libertū.de excu.tuto.l.ſi tutor reipu.§.j.ff.de tu.ꝛ ra. diſt. In cōtrariū facit,qꝛ mater non eſt tutrix legitima,niſi quan
g do vult,nunc ad propoſitū [g] nos dicimus in teſtamento,quod non tollitur per ſequens,quando ex eo eſt poſſibile hereditatem adiri,ꝛ tamen intelligitur quando ſequens teſtamentum eſt validum de ſe,nec expectat confirmationem ex voluntate alterius, vt puta ſi filius eſſet preteritus in eo,vt l.cum in ſecundo.ꝛ ibi not.de in. rup.ꝛ irri.teſta.Ita videtur in propoſito, quod tutela legitima que dependet ex voluntate alterius,aliam legitimam non impediat,hoc tamen non pono pro conſtanti,

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Luxuriata eſt.Et adde gl.ꝛ Bal.in auth.iſdem.ſ.de ſecun.nupt.ꝛ in l.his ſolis.ꝛ ibi Bal.j.de reuo.do.ꝛ Bal.in l.ſi quis ſub conditione.ff.de teſt.tut. P. PAV. P. ¶ Luxuriata. Uide Bar.in l.omnino.C.ad Tert.

b ALEX. ¶ Commiſſa Bononie. Uide Bal.in auth.iſdem.ſ.de ſecun.nup.ꝛ in l.omnino.j.ad Tertul. Quid autem ſi mater excluſa per moram,vide Bar.in auth.matri.in fin.ſ.eod.iſtis adde Bar.in l.ſi quis ſub condi.de teſta.tu.Et an iſta auth.habeat locum in matre tutrice teſtamentaria,quod priuetur tutela per tranſitum ad ſecunda vota,vide in auth.iſdem.ſ.de ſecund.nupt.ꝛ in l.omnem.j.ad Tertul.ꝛ ibi gl.ꝛ Cyn.Et an habeat locum in patre tranſeunte ad ſecunda vota,vide Bal.in auth.iſdem.ſ.de ſecun. nupt.Et de materia huius auth.ꝛ de predictis omnibus hic dictis per Bar.vide no.per Spec.in tit.de tute.§.nunc dicendum. in c.ex parte.el ij.de appellationib.

c ALEX. ¶ Contra hoc dictum. Uide Spe.de tut.§.nunc dicendum eſt.de tute.
P.PAV.P. ¶ Contra hoc dictum. Uide Comen.conſi.

d ALEX. ¶ An ſtatim.vide Bal.in d.l.Imperialis.§.ſed ſi talem.ſ.de nup.ꝛ in auth.iſdem.ſ.de ſecūd.nupt.ꝛ in l.omnem.ad Tert. C.ꝛ vide quod dixi ſ.proxi.authen.ꝛ Bal.in l.ſi quis ſub cōditione.de teſt.tut.ꝛ Bar.in d.auth.matri ꝛ auie.in iij.q.in verſi.quid ſi mater non renunciauit,ſ.de nupt,ꝛ Bal.hic. ¶ Adde Bar.conſ.

crlv. inci. factū ſe habet. An autē ſi mater trāſit ad ſecūda vota. tū aute conſumationem carnalis copule petat tutorem, debeat ſucceſſione priuari. vide Bal. conſi. cclxvj. lib. iiij. Pet. de Ancha. cōſ. cccxvij. vbi multa de mulieribus tranſeuntibus ad ſecunda vota relictis filijs, ꝛ an iudex illum dare debeat, quem ipſa petierit, vide eundem conſi. clv. lib. ij.

a ALEX. ¶ Tangit Spec. vult allegare Spec. tit. de tut. §. nunc dicendum. verſi. ſed nondum, ꝛc. per Ange. in l. vxor. ꝛ in l. ſi ſocer. §. que virum. j. de infa. etiam adde Bar. in l. matres. ff. ad Tertul. ꝛ Bar. in l. ſi quis ſub condi. de teſt. tut. ꝛ Bal. in l. precibus. verſi. ꝛ ſcias. C. de impu. ꝛ Bal. in l. j. j. ſi contra ius vel vti. publi.

ſ P. PAV. P. ¶ Dare petitum. Sequitur Comen. conſi. xciij. vide late Curtium conſi. xlvj. vbi ponit alia in materia dandi tutorem quando mater tranſit ad ſecunda vota.

s ALEX. ¶ Propoſitum. Uide Bal. in l. fin. ꝛ Bar. in l. ſi quis ſub conditione. ff. de te. tu. ꝛ Bar. in auth. minoris. ad fin. ē. titu. j.

LEX III.

**SI pater.** Mulier poteſt petere tutelam filiorum ſuorum naturalium, ſi pater teſtamento ceſnon dedit. h. d.

---

In quibus caſibus habenti tutorem tutor vel curator dari poteſt. Rubr. XXXVI.

LEX I.

**SI in locum** Curator datus ob abſentiam tutoris, deſinit eſſe finita abſentia. hoc dicit.

LEX II.

**POtuit.** In locum excuſati, ſeu remoti, eſt alius dandus, ꝛ curator datus in locum tutoris, deſinit pubertate.

LEX III.

a **PRopter** [a]Diffuſum patrimonium eſt cauſa, vt habenti tutorem, tutor vel curator cōſtituatur. h. d. Uide gl. ſuper verſi. curatores, ꝛ no. eā, que ponit caſus, quando habenti tutorem tutor dari poſſit, ꝛc.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Propter. Uide quod ibi dixi poſt Bar. in l. iiij. §. ſi pupillus. ff. de tu. ꝛ gl. no. ꝛ ibi Bar. in l. curatorem. ff. de tut. ꝛ cur. da. ab his. vbi omnino vide quando habenti tutorem tutor dari poſ. ꝛ adde gl. inſt. de cu. §. interdum, ꝛ Spe. in tit. de tu. §. ſi. verſ. item quod habenti.

LEX IIII.

a **LIcet.** [a]In locum tutoris excuſati, ſiue remoti, alius eſt dandus. h. d.

ADDITIO.

ROMA. ¶ Licet tutorem. Ergo habenti datur regulariter curator. vide Ro. conſi. cccliiij. vbi limitat, ꝛ ibi etiam ponit qualiter tutor ſit dandus pupillo conuento.

LEX V.

**NAm ob augmentum.** Augmentū facultatū eſt cauſa, vt tutori adiungatur curator. Item non gerens nō tenetur, niſi tempore adminiſtrationis depoſuiſſe, qui geſſit, fuit tutor non ſoluendo. h. d. in ſum.

---

De admini. tuto. & curato. Rubr. XXXVII.

¶ Super iſta Rubrica in eo quod dicit de pecunia eſt poſita authen. nouiſſime cautum eſt. quam vide.

LEX I.

**FRuſtra times.** Curator adulti non tenetur pro tutoribus, precedentib. niſi ſibi poſſit negligentia imputari. h. d.

LEX II.

a **ADuerſus.** [a]Actio pro vniuerſali adminiſtratione non poteſt exerceri durante tutela, vel cura. h. d. Uos hic habetis glo. que materiam iſtam tractat, que non eget ſuppletione.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Aduerſus. Per Bar. in l. j. C. vt act. ab here. ꝛ vide j. eod. l. rationes.

LEX III.

**SUmptus.** Expenſe facte in pupillum poſſunt ſibi imputari a iudice, licet non fuerint [?] hoc dicit.

LEX IIII.

**SI ſi eam.** Libertus negligens exigendo a ſeipſo, poteſt remoueri, ꝛ etiam puniri. h. d.

LEX V.

**FRuſtra tutores.** Non eſt iuſta cauſa recuſandi ſolutionem ſi creditor dicat, quod ſibi non liquet, in quam cauſam pupillo ſoluere habeat.

LEX VI.

a **NOn eſt ignotum.** [a]Habeo iſtam l. pro nota, breuiter dicit. Adminiſtratores, qui iuſtam cauſam litigandi non habuerint proprio nomine in expenſis legitimis condemnantur.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Non eſt ignotum. no. pariter iſtum caſum, ꝛ vide Bar. l. edita. in ſi. ē. de eden. ꝛ in l. j. §. ſi procur. ſi quis ius di. non obtem. ꝛ vide tex. ꝛ ibi Bar. ꝛ Nic. de Neap. in l. j. §. ſi pupillus. ff. de tut. ꝛ ra. diſtra.

LEX VII.

**TUtelam.** Tutor non debet rem alienare contra formam datam ab eo, qui rem predictam legauit. h. d.

LEX VIII.

**ETſi ſciſſes.** Ignorans ſe tutorem, nullo modo tenetur. Sciens vero de neglectis tenetur, ſi gerens non ſit ſoluendo. h. d.

LEX IX.

**SI curatores.** Poteſt adulta iudicis officium intentare, vt curatores eam dotent. hoc dicit.

LEX X.

**SI liberti** Liberti male adminiſtrantes, remouentur ꝛ criminaliter puniuntur.

LEX XI.

**SI bonam.** Qui non appellat vel appellationem non eſt proſecutus, cum bonam cauſam habuit, pupillo ob hoc condemnabitur. hoc dicit, ꝛ eſt bona lex.

LEX XII.

**DE his** Numerus liberorum non ſupplet etatem, nec propter hoc ad agendum quis admittitur.

LEX XIII.

**TUtores debita.** Tutores non tenentur ſatiſdare rem ratam haberi. hoc dicit.

LEX XIIII.

**RAtiones** Idem dicit quod l. ij. ē. eo. pro vniuerſa ſi adminiſtratione, non poteſt durante officio ratio poſtulari. h. d.

LEX XV.

**SI non ſubſcripſiſti.** De eo quod quis fecit vt tutor, non poteſt proprio nomine conueniri, niſi ſe proprio nomine obligauerit. hoc dicit.

LEX XVI.

a **NOn omni titulo.** [a]Alienatio tutoris nō preſtat iuſtum titulum poſſidenti niſi fiat ex cauſa, ꝛ modis a iure permiſſis. Uos habetis hic vnam gl. que firmat, quod frater tenetur dotare ſororem, vide gl. ꝛ hoc hic no. ij. gl. ꝛ in l. j. ff. de tut. ꝛ ra. diſtr. ꝛc.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Non omni titulo. Adde tex. ꝛ quod ibi no. in l. cū plures. §. pen. ff. eo. no. per Bal. in l. ſi pater. C. de do. promiſ. ꝛ Bal. in l. qui liberos, de ritu nup. ꝛ in l. j. ff. ſol. mat. ꝛ Ange. ꝛ Imo. in l. a filio. in princip. ff. ad trebel.

LEX XVII.

**DE ſucceſſione.** Adminiſtrare tutelam, non aufert ius teſtandi, vel donandi. hoc dicit.

LEX XVIII.

**DEbitoribus.** Adminiſtrator debet debitores monere, ꝛ eis ceſſantibus pignora vendere. h. d.

LEX XIX.

**TUtor.** Abſentia non excuſat tutorem ſcientem, ꝛ non gerentem.

LEX XX.

a **PRo officio.** [a]Pro mala adminiſtratione, ꝛ pro neglectis bona adminiſtra-
b toris ſunt tacite obligata. [b]h. d. hec l. ꝛ tota die allegatur. de admi. tuto. l. pro officio.